



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XIII. Markgraf Ludwig vereignet an Tyle Brücke 4 Hufen im Dorfe Mehrow für einen innerhalb der Parochie der Stadt Berlin zu errichtenden Altar, am 3. Januar 1344.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

XI. Markgraf Ludwig verleiht dem Köpfin von Woltersdorf Gebungen im Dorfe Wehsow oder zu der Wiese, am 5. Juni 1339.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus et presentibus conferimus dilecto nostro fideli Cöpkino, quondam bone recordationis Tydekini de walterstorp fidelis nostri filio, IIII frusta annuorum reddituum tam in censu quam in precaria ville dicte to der wyse cum omni iure, utilitate, honore, commodo et libertate, quibus dictos redditus Tydeko prefatus possedit et tenuit, sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus quiete et pacifice possidenda. In cuius Testes G. comes de Swarczburg, Joh. Buch, Heylo, Bombrecht, hufener etc. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>. nono, In die beati Bonifacii.

Nach dem Copialbuche M. Ludwig I., betr. die Vogtei Barnim Nr. 6.

XII. Markgraf Ludwig verleiht an Heinrich und Brand von Baruth Gebungen in der Bede der Dörfer Predifow, am 8. Mai 1340.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus et presentibus conferimus strenuis viris Heinricho et Brant, fratribus, dictis de Barut, fidelibus nostris dilectis ad manum coniunctam ipsorumque veris et legitimis heredibus XX frusta annuorum reddituum in precaria villarum predi-cowe sita, sub modis, iuribus et conditionibus, quibus predictos redditus strenuus miles Albertus Stange, dilectus noster fidelis, a nobis tenuit et possedit sine impedimento quolibet quiete et pacifice possidenda. In cuius etc. Testes G. c. de Swarczburg, Rysach, Helo, Bombrecht, milites, cum ceteris. Datum Berlin, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>., feria II post Walpurgis.

Nach dem Copialbuche M. Ludwig I., betr. die Vogtei Barnim Nr. 16.

XIII. Markgraf Ludwig verzeignet an Tyle Brücke 4 Hufen im Dorfe Mehrow für einen innerhalb der Pfarochie der Stadt Berlin zu errichtenden Altar, am 3. Januar 1344.

Nouerint etc. Quod nos etc. Appropriauimus et appropriare decreuimus quatuor mansorum cum omni iure pachtus et census, in villa mere sitorum, ad sex frusta annuorum reddituum extendentes loco ecclesiastico, altari seu cultui diuino in parrochiis ciuitatis nostre Berlin situando, cuiusque discretus vir tylo brücghe, eiusdem ciuitatis nostre ciuis, fidelis nobis dilectus, vel cuiusque predictos redditus pariter uel diuisim vendiderit, dummodo in cultum diuinum, ut premititur, per eundem scientifice conuertantur, applicauerit seu applicare decreuerit, sine impedimento, inpetitione seu inquietatione qualibet nostri, heredum et successorum nostrorum perpetuis temporibus pertinendos. Volentes eciam prenotatorum reddituum appropriationem in cultum diuinum conuertendorum cuiusque vendiderit coniunctim vel diuisim, in omni suo vigore superius expresso ratam

atque gratam ac inuiolabiliter obseruari. In cuius etc. Testes decke, wolffstein, pincerna, Lochin, magister coquine, haffo de wedel senior et ger. wolf. Datum Berlin, anno domini M° CCC° XLIII, Sabbato post circumcissionem eiusdem.

Nach dem Copialbuche des M. Ludwig I., betreffend die Vogtei Barnim Nr. 23.

XIV. Hermann von Werberg, oberster Gebietiger des Johanniter-Ordens, verleiht an Johann Reiche das Schulzengut zu Marienfelde, am 23. April 1344.

Vniuersis et singulis Christi fidelibus, prefens scriptum visuris seu auditoris, cupimus fore notum, quod Nos frater Hermannus de Werberg, in Saxonia, in Marchia, in Slavia et in Pomerania sancte domus hospitalis sancti Iohannis Iherusalem summus preceptor, quod unanimi cum consensu nostrorum fratrum, videlicet Domini Borchardi de Saldern, Commendatoris in Quartan, Domini Gerhardi de Eltze, Commendatoris in Roreken, Domini Ottonis de Steindal, Commendatoris in Myrow, Domini Burchardi de Arenholte, Commendatoris in Tempelhoff, Domini Arnoldi de Teltow, Prioris, totiusque conventus ibidem, contulimus iusto titulo venditionis conferimusque discepto Viro Johanni Rycken, Civi in Colne prope Berlin, suisque veris heredibus, prefecturam cum tribus mansis et cum omni utilitate et Jure ipsi prefecture adherenti in Villa Merghenvelde, Insuper cum undecim mansis prefecture antedictae coherentibus, quinque ad curiam antiqui Byfendal pertinentibus, cum quatuor mansis ad Curiam Stephani spectantibus, pactum de quolibet manso dimidiam marcam argenti Brandenburgici et ponderis tollendum de iisdem. Preterea si aliqui predictorum mansorum defolarentur et predictus Johannes aut sui heredes hos pro suo pacto colere voluerint, hoc debet fieri absque quolibet seruitio et nostro cum consensu. Quod si antelatus Johannes Ryke ab hoc seculo migrare contigerit secundum divinam voluntatem, eadem bona suis veris heredibus debemus et volumus conferre, absque aliquo munere quantitateque donationis. Insuper, si noster Ordo, aut aliquis Confratrum nostrorum predictum pactum reemere voluerit, marcam quamlibet pro septem marcis argenti Brandenb. et ponderis reemere debet, dummodo reemtionem a Johanne Ryken aut a suis heredibus legitimis petierit ex parte sancti Ordinis propter Deum, Et tunc infra octavam Pentecostes plenariter exsoluere et pagare. Alioquin antedictus Johannes aut sui heredes pactum eorum tollere debent in festo Martini continuo sequenti sine aliquo nocimento. In hujus testimonium evidens dedimus prefato Johanni Ryken et suis heredibus legitimis prefens scriptum, nostrorum sigillorum appensione roboratum. Actum et Datum Colne, Anno Domini M. CCC. XLIV., in die Georgy Martyris gloriosi.

Küster's und Müller's Berlin IV, 60. 61.